

DE LEGIB. DIVIN. ECCLES. & CIV. 587  
cernentia bonam administrationem aut defensionem rerum suarum, quæ non per modum legis vel statuti, sed vi pacti aut juramenti inter ipsos præstiti obligant, quia autem nemo invitus pacisci vel contrahere potest, regulariter omnes in tale pactum consentire debent.

## DISPUTATIO XXIII.

### *De necessitate Gratia.*

**H**Uic materiæ præter illa quæ 1. p. disp. 26. De variis humanæ naturæ statibus dicta sunt præmittenda est significatio nominis gratiæ. Deinde errores circà gratiam Christi ab Ecclesiâ proscripti.

*Quoad 1.* Variè accipitur in Scripturâ nomen gratiæ: 1. significat pulchritudinem & venustatem: ut Prov. ult. v. 30. *fallax gratia & vana est pulchritudo; mulier &c.* 2. pro gratitudine sive recompensatione beneficii, in quo sensu 2. Reg. 2. v. 6. *Retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem, sed & ego reddam gratiam.* 3. Pro acceptabilitate quâ quispiam est alteri gratus, ita Genes. 39. v. 4. *Invenit Joseph gratiam coram Domino suo.* 4. Pro gratuito favore divinæ voluntatis, de quo ad Rom. 11. v. 5. *Reliquia secundum electionem gratia, salva facta sunt.* Hoc modo etiam loquitur S. Aug. 1. 2. Confes. cap. 7. *Gratia tua deputo & quæcunque non feci mala.* Ubi per gratiam intelligit æternam Dei providentiam. 5. Gratia ex parte subjecti accipitur pro dono gratis sive absque debito ex parte conferentis dato: hos duos sensus explicat D. noster 3. p. Q. 2. A. 10. in O. *Gratia dupliciter dicitur, uno modo voluntas Dei gratis aliquid dantis, alio modo ipsum donum gratuitum.* Theologi gratiam in secundo sensu vocant gratiam passivè sumptam in primo sensu gratiam



am activè sumptam. Donum illud gratiæ latissimè accipitur pro quocunque beneficio ex liberali & gratuitâ Dei voluntate collato : itâ creatio hominis ejusdem conservatio, providentia generalis appellatur gratiæ à S. Aug. epist. 105. Donum gratiæ strictiùs sumitur pro quolibet beneficio ordinis naturalis naturæ profus indebito ut extraordinariæ vires, talenta eminentia, auxilia quæ conferuntur homini ad exercenda opera heroica intrâ honestatem moralem ordinis naturalis, in hoc sensu gratia appellari solet gratia Philosophicè sumpta. Donum gratiæ strictissimè sumitur pro dono supernaturali & beneficio ex meritis Christi & à Christo nobis dato ad percipiendam æternam salutem & hoc modo appellari solet gratia Christi vel gratia Theologicè sumpta. *Gratia Christi* alia est actualis alia habitualis. *Habitualis* est donum Dei supernaturale permanens, quo homo intrinsecè justificatur, & fit Deo acceptus & amicus. *Gratia actualis* est donum Dei transiens elevans hominem ad aliquid faciendum, quod per naturæ vires absolutè non potest vel Physicè vel moraliter facere ut elisere actum supernaturalem, servare totam legem Dei &c. *Donum gratiæ actualis* aliud est gratis datum, aliud gratum faciens; *Gratis datum* est, per quod homo adjuvatur ad operationes vim naturalem excedentes ordinatas ad salutem aliorum : ut donum prophetiæ, donum miraculorum &c. *Donum gratia gratum faciens* est auxilium ad operationes ordinatas ad propriam salutem subjecti, cui confertur & itâ est gratum faciens non formaliter uti gratia sanctificans, sed dispositivè disponendo hominem sive proximè sive remotè ad obtinendam amicitiam divinam.

*Quoad 2. dum.* Omnes Catholici in hoc conveniunt,

De N  
 mine, quod  
 inem supern  
 ad illum cuj  
 debet ad vit  
 libere libert  
 hanc am veri  
 sequunt neceff  
 ter Colam le  
 pulari. Con  
 gnam epist.  
 necessariis  
 in qui vixeru  
 andrino fid  
 vnt viribus n  
 harem la  
 , contra ge  
 dare velle &  
 totem volenc  
 certimi ingeni  
 lures Episcopos  
 tur; naturam  
 esse ad virtuti  
 o externo mun  
 possit, graviss  
 nam itâ comp  
 immunis, &  
 nec. Discipul  
 sunt quidem  
 que non modo  
 terius perficer  
 carunt: imò,  
 esse utilem sed n  
 lam gratiam fa  
 tis precedentibu  
 vrendi volunt



niunt, quod ad christianè vivendum sic necessaria interna supernaturalis Salvatoris Christi gratia etiam ad initium cujuslibet boni operis fidei, orationis, pii desiderii ad vitam æternam conducentis absque ullâ læsione libertatis humani arbitrii. Contrà hanc orthodoxam veritatem plures insurrexerunt Hæreses: negarunt necessitatem gratiæ 1. mò Judæi; arbitran- tes per solam legem latam à Moyle hominem posse justificari. Contrà quos Apost. Paulus prædicator gratiæ in epist. ad Rom. & Galat. pro viribus gratiæ necessariis scripsit. 2. dò. Valentinus & Marcion qui vixerunt sæculo 2do teste S. Clemente Alexandrino fidem opera bona & salutem adscripserunt viribus naturæ. 3. tiò Origines Pater multarum hæresum lapsus sæculo 3tio docuit teste S. Th. l. 3. contrà gent. cap. 89. Intantum Deum nobis dare velle & perficere in quantum dedit nobis virtutem volendi. 4. tò. Pelagius teste S. Aug. vir acerrimi ingenii sanctitatem externam præ se ferens plures Episcopos & personas religiosas seducens docuit: naturam solam, sicut à Deo est condita, satis esse ad virtutis cujuslibet exercitium, ità ut nullo externo munita præsidio omnia peccata vitare possit, gravissimas etiam tentationes superare & vitam ità componere, ut etiam à levibus peccatis sit immunis, & ità æternam beatitudinem obtineat. Discipuli Pelagii à catholicis convicti admitterunt quidem veram internam Christi gratiam quæ non modo intellectum sed etiam voluntatem interius perficeret, sed duplici eandem errore obfuscarunt: 1. mò. sustinebant illam gratiam quidem esse utilem sed minimè necessariam. 2. dò. Volebant: illam gratiam facilitatis non dari gratis, sed ex meritis præcedentibus hoc est: primà ad Deum se convertendi voluntate, ex fide quæ sit factus solius ar-



bitrii liberi, ex oratione, quam quis propriis viribus fundere possit. 510. Extincta in pelagianis hæresis per PP. Zosimum & Innocentium I. per semipelagianos reviviscere cœpit, qui cum Catholicis in multis capitibus recesserunt à doctrinâ Pelagii, ut quod omnes homines nascantur cum reatu peccati originalis, quod natura humana in tantam infirmitatem inciderit, ut naturales vires nec ad resurgendum nec ad virtutis exercitium sufficiant. has inquam veritates admittebant cum Catholicis, in his tamen errabant promeriti condemnationem à Cælestino I. Anno 431. deinde in alterâ Synodo Arausicanâ Anno 529. sub Felice IV. & confirmatâ à Bonifacio II. ejusdem successore. Imprimis docebant, gratiam cunctis hominibus itâ indifferenter offerri, ut Deus nullo speciali affectu electos prosequatur, & hâc de causâ negabant certum numerum prædestinatorum. Deinde tenebant, quod in initio fidei & in perseverantiâ usque in finem primas haberet non gratia movens, sed humana voluntas: quia volebant ejus, qui credit, discretionem ab alio, qui non credit non à gratiâ, sed à libero arbitrio petendam esse: cum initium fidei non esset à gratiâ, sed à libero arbitrio; circâ hanc hæresin erravit Jansenius docendo hæresin semipelagianam in hoc sitam fuisse, quod vellet humanam voluntatem posse resistere aut obtemperare divinæ gratiæ, ideo meritò condemnatus ab Innoc. X. in proposit. 4ta. *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellet eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.* Gratiam Christi indirectè impugnarunt negando arbitrii humani libertatem sequentes Hæretici: Imò sæculo 3tio Manichæi



volebant arbitrium liberum per peccatum primi parentis ita esse destructum, ut ad operationes bonas se tantum Deo movente passivè habeat ac solum spontaneè non autem libere operetur. 2dò. sæculo 5to fuit Hæresis prædestinacionum, si credere fas sit Hincmaro Episcopo Rhemensi fautori semipelagianorum & ob hoc suspecto, hi, ut præ-tenditur, assererant Deum prædestinare tam ad malum quam ad bonum, quam hæresin recoxit sæculo 14to Joannes Wicleff. 3tiò. sæculo 15to Lutherus & Calvinus sublatâ bene operandi libertate totum humanæ salutis negotium in solas gratiæ divinx vires transtulerunt & docuerunt, nec bona opera reprobis prodesse nec mala prædestinatis obesse, in quo damnati à Trid. Sess. 6. de justificat. per plures Canones. 4to Demum sæculo 17mo damnati sunt errores Cornelii Jansenii Episcopi Yprensis ab Innoc. X. ab Alex. VII. & novissimè à Clemente XI. in Bullâ quæ incipit: vineam Domini. Inter hos errores 3tia propositio est: *admerendum & demerendum in statu nature lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate sed sufficit libertas à coactione.*

Denique currente sæculo à Clemente XI. anno 1713. damnati sunt errores Paschasi Quenelli contentis 101. propositionibus, quas secundum diversitatem materiarum sparsim invenies, ratione quarum variæ exortæ sunt turbæ in Gallia & Belgio, recusaruntque plures hanc condemnationem recipere sub prætextu, quod damnatæ sint Catholicæ doctrinæ, aut quasi convulsa sint plurimum à Thomistis assertarum sententiarum fundamenta, quare præter Bullam: *Unigenitus.* In quâ præallegati errores proscripti sunt: S. P. alias anno 1718. die 1. septemb. litteras ad universos fideles edidit incipientes

*Pascha*



*Pastoralis officii*, in quibus declaravit minimè sententias in catholicis scholis doceri solitas à se censuratas fuisse his verbis : *ceterum in hoc ipso præpostero iudicio consuetum calumniandi morem non derelinquunt, nisi enim excacaret eos malitia eorum, ac nisi diligerent magis tenebras quam lucem, ignorare non deberent, sententias illas ac doctrinas, quas ipsi cum erroribus per nos damnatis confundunt, palam & liberè in catholicis scholis etiam post editam à nobis memoratam constitutionem, sub oculis nostris doceri, atque defendi, illasque propterea minimè per eam fuisse proscriptas.* Censuravit autem S. Pontifex dictas propositiones his verbis : *omnes & singulas propositiones præinsertas tanquam falsas, captiosas, malè sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesie & ejus praxi injuriosas neque in Ecclesiam solum sed etiam in potestates sæculi contumeliosas, seditiosas, impias blasphemias, suspectas de heresi, ac heresim ipsam sapientes, nec non hereticis & heresibus ac etiam schismati faventes, erroneas, heresi proximas, pluries damnatas ac demum etiam hereticas variasque hereses, & potissimum illas, quæ in famosis Jansenii propositionibus, & quidem in eo sensu, in quo hæc damnate fuerunt, acceptis, continentur, manifestè innovantes respectivè hac nostrâ perpetuò valiturâ consuetudine declaramus, damnamus & reprobamus.* pertinentes ad gratiæ vel necessitatem vel quidditatem aut cum libertate concordiam ab auctore nullam præter efficacem agnoscente sufficientem gratiam assertæ sunt sequentes :

I. *Quid aliud remanet anime, quæ Deum atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum & peccati consecutiones superba paupertas, & segnis indigentia, hoc est: generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum.* In hac in sensu auctoris nomine gratiæ

DE  
gratiæ intelligi  
loquitur intell  
ca.  
Iesu Chr  
proprietatis  
non solu  
Invanum  
præ.  
Ita Domi  
niffilia fac  
Quando  
nem gratia  
non inferius  
6. 7. bab  
Nos non pe  
vultum partici  
ter in nobis id  
9. Gratia Ch  
ri Christum na  
nam illum abneg  
10. Gratia e  
nam nihil imped  
11. Gratia n  
ntis Dei, juben  
12. Quando  
tempore, qu  
vultu voluntate  
13. Quando  
tugit interiori g  
re resistit.  
14. Quantu  
oluntatis, quan  
latari suæ grat  
millet & ador  
15. Quando  
1. 2. Theol.



gratiæ intelligitur gratia sanctificans. Aut si de actuali loquatur intelligitur gratia ab Authore definita: efficax.

2. Jesu Christi gratia principium efficax boni cujuscunque generis necessaria est ad omne opus bonum: absque illa non solum nihil fit, sed nec fieri potest.

3. In vanum domine præcipis, si tu ipse non das, quod præcipis.

4. Ità Domine; omnia possible sunt ei, cui omnia possible facis, eadem operando in illo.

5. Quando Deus non emollit cor per interiorum affectionem gratiæ suæ exhortationes & gratia interiorum non inserviunt, nisi ad illud magis obtinendum.

6. & 7. habes supra pag. 152.

8. Nos non pertinemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratiæ, quæ operatur in nobis id, quod Deus nobis præcipit.

9. Gratiæ Christi est gratia suprema, sine quâ confiteri Christum nunquam possumus, & cum quâ nunquam illum abnegamus.

10. Gratiæ est operatio manus omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.

11. Gratiæ non est aliud, quam voluntas omnipotentis Dei, jubentis & facientis, quod jubet.

12. Quando Deus vult salvare animam, quocunque tempore, quocunque loco effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.

13. Quando Deus vult animam salvare, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit.

14. Quantumcunque remotus à salute sit peccator obstinatus, quando Jesus se ei videndum exhibet lumine salutari suæ gratiæ, oportet ut se dedat, accurrat, sese humiliet & adoret salvatorem suum.

15. Quando Deus mandatum suum & suam æternam



nam locutionem comitatur unctioe sui Spiritus & interiori vi gratie sua, operatur illa in corde obedientiam, quam petit.

16. Nulla sunt illecebra, qua non cedant illecebris gratie, quia nihil resistit omnipotenti.

17. Gratia est vox illa Patris, qua homines interiori docet, hac eos venire facit ad Iesum Christum, quicumque ad eum non venit, postquam audivit vocem exteriori filii, nullatenus est doctus à Patre.

18. Semen verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.

19. Dei gratia nihil aliud est, quam eius omnipotens voluntas, hac est idea, quam Deus ipse nobis tradidit in omnibus suis scripturis.

20. Vera gratia idea est, quod Deus vult à nobis obediri, & obeditur, imperat, & omnia fiunt; loquitur tanquam Dominus, & omnia sibi submissa sunt.

21. Gratia Iesu Christi est gratia fortis, suprema, invincibilis, utpote qua est operatio voluntatis omnipotentis, sequela & imitatio operationis Dei incarnantis & resuscitantis filium suum.

22. Concordia omnipotentis operationis Dei in corde hominis cum libero ipsius voluntatis consensu demonstratur illicò nobis in incarnatione veluti fonte atque Archetypo omnium aliarum operationum misericordie & gratie, qua omnes ita gratuita, atque ita dependentes à Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.

23. Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suae gratia eam significans per illam, qua Creaturas ex nihilo producit & mortuis reddit vitam.

24. Iusta idea, quam centurio habet de omnipotentia Dei & Iesu Christi in sanandis corporibus solo motu suae voluntatis est imago idea, qua haberi debet de omnipotentia sua gratia in sanandis animabus à cupiditate;



25. *Deus illuminat animam & eam sanat eoque ut corpus solâ suâ voluntate ; jubet & ipsi obtemperatur.*

28. *Prima gratia, quam Deus concedit peccatori, est peccatorum remissio.*

29. *Extrâ Ecclesiam nulla conceditur gratia.*

38. *Peccator non est liber, nisi ad malum sine gratiâ liberatoris.*

39. *Voluntas, quam gratia non prevenit, nihil habet luminis nisi ad aberrandum, ardoris nisi ad se precipitandum, virium nisi ad se vulnerandum, est capax omnis mali & incapax ad omne bonum.*

40. *Sine gratiâ nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem.*

41. *Omnis cognitio Dei etiam naturalis etiam in Philosophis Ethnicis non potest venire, nisi à Deo & sine gratia non producit, nisi præsumptionem, vanitatem & oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum adorationis, gratitudinis & amoris.*

42. *Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium fidei, sine hoc nihil nisi impuritas, nihil nisi indignitas.*

43. *Primus effectus gratiæ baptismalis est facere, ut moriamur peccato ; adeo ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitæ pro peccato, quam homo mortuus habeat pro rebus mundi.*

His pro Cautelâ præmissis, ut omnes ab Ecclesia rejecti errores vitentur, in hâc Disputatione agitur de necessitate gratiæ, & cum Creatura rationalis duas potentias primarias habeat : intellectum ad cognoscendum verum, voluntatem ad appetendum bonum ; duplex quoque est necessitas gratiæ : in intellectu ad veritatem cognoscendam, in voluntate ad appetendum bonum cognitum.



## QUESTIO I.

*An homo sine gratiâ aliquod verum possit cognoscere?*

**V**eritas alia est naturalis, alia supernaturalis: veritas naturalis est, quæ naturam hominis non excedit, & illa vel est speculativa non ordinata ad mores componendos, alia practica, quæ pertinet ad bonos mores habendos. Veritas supernaturalis est, quæ excedit lumen naturale intellectus: ut sunt mysteria fidei, quæ nobis à Deo sunt revelata. Certum est hominem non posse ullam veritatem etiam naturalem cognoscere actualiter sine divino auxilio generali, quo unamquamque causam secundam Deus præmouet ad agendum vel operandum, quia ut D. Ang. hic Q. 109. a. 1. O. tradit: *quantumcunque natura aliqua corporalis vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur à Deo...* Sic igitur dicendum est, quod ad cognitionem cuiuscunque veri, homo indiget auxilio divino, ut intellectus à Deo moveatur ad suum actum. Sed in præsentì quæritur: an homo ad cognoscendum aliquod verum indigeat speciali Dei auxilio.

**DICO I.** *Intellectus humanus habet aliquam formam, scilicet ipsum intelligibile lumen, quod est de se sufficiens ad quadam intelligibilia cognoscenda, ad ea scilicet, in quorum notitiam per sensibilia possumus devenire.* S. Th. hic Q. 109. a. 1. O.

Explicatur Conclusio: imprimis quoad veritates naturales speculativas potest homo in statu naturæ lapsæ sine speciali Dei auxilio cognoscere aliquas veritates naturales: quia unaquæque potentia, nisi aliunde impediatur, potest suis viribus attingere objectum sibi naturaliter proportionatum; atqui verum naturale est objectum naturaliter proportionatum intellectui humano, qui est potentia ordinata naturaliter ad cognoscendum.

DE  
noscendum  
denotit in  
cuiuslibet  
& cognoscer  
exemplo gen  
Philosophicis  
verus: attat  
relinn cogn  
et: quia in  
pore infirmi  
in Sap. 9. v.  
quæ animam,  
nata cogitane  
quæ homo lap  
non potest, si  
adant, à quo  
elligendi depe  
lentis recipit,  
natura & prop  
cognoscere nor  
num.  
Deinde que  
noscere potest  
intellectus hon  
moralia: bonu  
dam; attinge  
quæ conclusio  
quod tibi non  
tate potest ver  
nis deducunt  
Domino restit  
rationis quiden  
tinetum; attat  
ginali ortam ne  
noscere omnes



nosendum verum; ergo intellectus humanus, si aliunde non sit impeditus, potest propriis viribus absque speciali illustratione cum solo concursu generali intelligere & cognoscere verum naturale speculativum: ut patet exemplo gentilium, qui difficillimas veritates de rebus Philosophicis & Mathematicis proprio Marte cognoverunt; attamen homo lapsus non habet moralem potestatem cognoscendi omnes naturales veritates collectivè: quia impeditur brevitate vitæ & pluribus corporeis infirmitatibus, quæ mentem obtundunt juxtà illud Sap. 9. v. 15. *Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* imò plures sunt veritates naturales quas homo lapsus sine speciali Dei auxilio cognoscere non potest, sive quod earum objecta sub sensum non cadant, à quo tamen intellectus humanus in modo intelligendi dependet; sive quod accidentia, quæ sola sensus recipit, non sufficienter inducant in cognitionem naturæ & proprietatum; sic solo lumine naturali certò cognoscere non possumus numerum & motum stellarum.

Deinde quoad veritates morales homo aliquas cognoscere potest sine gratia: quia nemo dubitat, quod intellectus hominis lapsi suis viribus prima principia moralia: bonum est faciendum, malum est omittendum; attingere possit, & ex his principiis inferre aliquas conclusiones, quæ ex iis immediatè sequuntur ut: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris: quin etiam inferre potest veritates, quæ remotiùs ex principiis primis deducuntur ut: parentes honorandos, depositum Domino restituendum; cum per peccatum sit lumen rationis quidem debilitatum, non tamen omninò extinctum; attamen propter debilitatem ex peccato originali ortam non potest intellectus propriis viribus cognoscere omnes veritates morales, quia concupiscentiæ



perturbant iudicium rationis & impediunt intellectum, ut aliquando non apprehendat tanquam malum, quod libidini faver, ideò Psalmista petit: *Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.*

*Obj. 1.* Solent fideles Deum orare, ut veritates etiam speculativas cognoscant; ergo ad veritates etiam speculativas requiritur speciale Dei auxilium, hoc enim argumento à necessitate orationis sumpto sapè utitur S. Aug. contra Pelagianos qui Ep. 95. inquit: *Oratio clarissima est gratiæ testificatio.*

*R.* Distinguendo conseq. Ergo requiritur speciale auxilium ad veritates speculativas naturales absolutè cognoscendas N. Sine permixtione errorum & non obstantibus impedimentis cognoscendas Con. hinc oramus pro auxilio divino, ne in studio veritatum speculativarum subrepat error: non enim sine speciali auxilio à concursu generali distincto omne verum speculativum cognoscere possumus, ut omnis cognitio nostra ab omni erroris permixtione sit libera: præterea petimus, ne voluntas difficultatibus victa impediatur, quominus intellectus attendat quid operetur.

*Obj. 2.* Homo lapsus juxta D. Ang. hic Q. 85. a. 3. contraxit vulnus ignorantiae, quod propriis viribus sine gratia Christi sanare non potest; ergo nec sine gratia Christi aliquod verum cognoscere.

*R.* Negando conf. Nam vulnus ignorantiae impedit cognitionem veritatum supernaturalium, & multarum etiam naturalium: quia per peccatum originale amisit homo lapsus auxilium speciale, cum quo homo in statu innocentiae sibi collato & quodammodo juxta conditionem illius status debito facilius & multò plures veritates naturales cognovisset, quam modo cognoscat, non tamen ob illud vulnus omninò incapax ad veritates naturales cognoscendas effectus est.

*Obj. 3.* juxta Apost. 2. Cor. 3. v. 5. *Non sumus suff.*

DE  
 Suficiens co  
 Suficiens a  
 vocalest co  
 hinc non po  
 Concio Mile  
 re delamur,  
 re Apost. 1  
 n. nec ad fal  
 dunt de qua S  
 ante ad preta  
 mulier cogi  
 omnia nostr. a. e.  
 Obj. 4. Ex c  
 rudentia, fed  
 prævidens jux  
 tum & equita  
 re. Vel nega  
 romnis veritat  
 locius veritatis  
 nam veritatem  
 curere possit,  
 requiritur ex co  
 tum, cum ad il  
 bus rebus agib  
 entia sine specia  
 DICO 2. A  
 cognoscere non pe  
 cau lavine fidei  
 re quantum e/  
 Hac conclusi  
 quavis concedi  
 necessariam esse  
 supposita voleba  
 non indigere ult  
 intellectum creat



*sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. sed sufficientia nostra ex Deo est*; atqui cognitio veritatis moralis est cognitio bona, ergo sine gratia Christi illa haberi non potest: ut videtur definitum Can 4. In Concilio Milevitano: donum Dei est scire, quid agere debeamus, & diligere, quæ debemus.

R. Apost & Concilium loqui de cognitione salutari, quæ ad salutem supernaturalem obtinendam conducit, de quâ S. Aug. l. de bono persev. cap. 13. *Quod attinet ad pietatis viam & verum Dei cultum non sumus idonei cogitare tanquam ex nobismetipsis sed sufficientia nostra ex Deo est.*

Obj. 4 Ex cognitione veritatis moralis acquiritur prudentia, sed nemo potest sine speciali Dei auxilio esse prudens juxtà illud prov. 8 v. 14. *Meum est consilium & equitas mea est prudentia.*

R. Vel negando vel distinguendo maj. ex cognitione omnis veritatis moralis acquiritur prudentia Con. alicujus veritatis moralis N. licet quis cognoscendo aliquam veritatem moralem imperfectam prudentiam acquirere possit, attamen vera & perfecta prudentia non acquiritur ex cognitione aliquarum veritatum moralium, cum ad illam requiratur cognitio, quâ de omnibus rebus agilibus rectè judicemus, talis autem prudentia sine speciali Dei auxilio haberi nequit.

DICO 2. *Altiora intelligibilia intellectus humanus cognoscere non potest, nisi fortiori lumine perficiatur, sicut lumine fidei vel Prophetia quod dicitur lumen gratia in quantum est natura superadditum* S. Th. l. cit.

Hæc conclusio est contrà hæreticos Pelagianos, qui quamvis concedebant, ad assentiendum mysteriis fidei necessariam esse divinam revelationem, attamen hæc suppositâ volebant hominem ad assensum præbendum non indigere ulterius speciali auxilio divinæ gratiæ, sed intellectum creatum propriis viribus mysteria revelata



credere posse; & contra semipelagianos, qui negabant initium fidei esse à Deo specialiter per gratiam; contra hos est definita veritas in Trid. sess. 6. de justif. Can. 3. *Si quis dixerit sine prævenientis Spiritus sancti inspiratione atque ejus adiutorio hominem credere... Possesse sicut oportet anathema sit.*

*Ratio 1<sup>a</sup> est:* quia veritates supernaturales non sunt intellectui creato sibi relicto proportionatæ: cum sint altioris & superioris ordinis.

2<sup>a</sup>: Cognitio veritarum supernaturalium non potest haberi, nisi per fidem, quæ duplicem gratiam præsupponit: unam externam: nimirum revelationem divinam ejusque propositionem; alteram internam: per quam intellectus adhæret motivis credibilitatis, & voluntas imperat sive approbat assensum, quo intellectus firmiter adhæret & assentitur veritati revelatæ.

3.<sup>a</sup> Quidquid inchoat salutem æternam & est remota dispositio ad vitam æternam est à Deo: quia alioquin posset homo propriis viribus suæ salutis initium inchoare contra mentem Apost. 1. ad Cor. 4. interrogantis. *quis te discernit?* ergo etiam initium fidei est à Deo per gratiam.

*Obj. 1.* Sæpe script. ingeminat hominem prævenire gratiam Dei vocantis desiderando & petendo & orando.

2.<sup>a</sup> Orationes desideria & piæ affectiones, quibus Deum prævenimus non sunt ex propriis viribus absque speciali gratiâ, sed Deus, qui primò nos vocat gratiam & vires conferendo ad orandum & petendum, ulterius intuitu illarum precum, quas cum & ex gratiâ Dei fundimus ulteriorem offert gratiam, ità ut Deus nos præveniat vocando, & nos Deum præveniamus sequendo: Deus enim prævenit nos primam gratiam conferendo, nos autem Deum prævenimus, dum ex illius gratia bene co-

ope-

De  
operando  
mus.  
Obj. 2. P  
fit credibile,  
creda, ergo  
tuz timo pe  
cunimo pe  
faca  
Negari  
tunc meo pec  
eribus grat  
quod non pote  
non ex viribu  
inter objecti  
na ex auxilio  
pess credere  
Q  
An homo p  
rale  
Suppono: bon  
bonum me  
k conduens  
tale est, quod  
constantiâ viti  
quidem, ut n  
nen non sit pe  
bellis studio  
tes, tueri inn  
Bonum saluta  
circumstantiâ t  
relex obje  
turalem relatu  
rioris n vitæ:  
no in statu nar



operando nos ad ulteriorem gratiam disponimus.

*Obj. 2.* Proposito sufficienter objecto fidei, ut sit credibile, homo peccat contra fidem, si non credat, ergo supposita propositione veritatis revelatæ homo potest per facultatem naturalem credere: cum nemo peccet omittendo id, quod non potest facere.

*R.* Negando consequens, cuius probatio distinguitur: nemo peccat omittendo id, quod non potest nec ex viribus gratiæ nec ex viribus naturæ facere. Con. quod non potest facere ex viribus naturæ, bene tamen ex viribus gratiæ. *N.* ille qui proposito sufficienter objecto fidei non credit, peccat mortaliter quia ex auxilio divinæ gratiæ, quod Deus obtulit, potest credere & non credit.

QUÆSTIO II.

*An homo sine gratiâ possit aliquod bonum morale ordinis naturalis facere?*

**S**uppono: bonum virtutis sive honestum aliud est bonum morale tantum, aliud bonum proficuum & conducens ad salutem nostram. Bonum morale est, quod honesto fine intento & nullâ aliâ circumstantiâ vitiatum est consonum rectæ rationi, ita quidem, ut non sit meritorium vitæ æternæ, attamen non sit peccatum: ut intrâ limites naturalis honestatis studiosè debito fine & modo amare parentes, tueri innocentem, cuique debitum reddere. Bonum salutare est: quod non solum ex objecto & circumstantiâ rectæ rationi est consonum, sed etiam vel ex objecto vel ex fine ulterius ad finem supernaturalem relatum, adeoque in homine iusto est meritorium vitæ æternæ. de primo quæritur: an homo in statu naturæ lapsæ absque speciali auxilio di-



vinò possit aliquod moraliter bonum, quod non sit peccatum?

DICO. Quia natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono natura privetur, potest quidem etiam in statu natura corrupta per virtutem sua natura aliquod bonum particulare agere (sicut edificare domos, plantare vineas, & alia huiusmodi) non tamen totum bonum sibi conaturalitè ita quod in nullo deficiat S. Th. hic. Q. 109. A. 2. in O.

1. ma pars probatur 1. ex Script. Matth 5. dicitur: si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & Publicani hoc faciunt & si salutareritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & Ethnici hoc faciunt? quibus indicatur Ethnicos & Publicanos solo lumine rationis instructos propriis viribus quædam honesta facere. Rom. 2. dicit Apost: gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Ubi per terminum: naturaliter: juxta expositionem S. Hieron. & Chryost. indicat Apostolus: gentiles propriis viribus & solius naturæ ductu facere quædam opera legi naturali & rectæ rationi consentanea adeoque moraliter bona.

2. dō in Bajo sunt damnatæ propositiones sequentes 22. cum Pelagio sentiunt qui textum Apostoli ad Rom. 2. gentes quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis sunt, faciunt. intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus 27. liberum arbitrium sine gratia Dei adiutorio non nisi ad peccandum valet. 28. Pelagianus est error dicere, quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum 37. cum pelagio sentit, qui boni aliquid naturalis hoc est, quod ex natura solis viribus ortum ducit, agnoscit quibus consonant ex Quenello relatæ, ex quarum propositionum damnatione sequitur: hominem

Di NE  
neon em statu  
Dei milio face  
num,  
juratio pro  
nente nisi aliu  
chos & cum l  
stru sibi prop  
moner sen cou  
ad proportion  
bono naturalite  
pedice judicare  
nam volunt  
voluntari a  
nec est ali  
solum five int  
occasione ol  
ntexant.  
ada pars pro  
deratus est in  
ntis sensitivi i  
contrarium in  
na natura lapsi  
ullo cognosce  
in omne bonu  
a, quæ ob suam  
te speciali Dei  
requerunt, imò  
tam vitiatæ in  
in Dei auxilio i  
Obj. 1. juxta  
vel potestis facer  
vibus absque g  
er bonum opus  
q. Christus le  
fuit ab homine



nem extrâ statum gratiæ constitutum sine speciali Dei auxilio facere posse aliquod opus moraliter bonum.

3. tia ratio pro conclusione est: quod quælibet potentia, nisi aliunde impediatur, possit propriis viribus, & cum solo concursu Dei generali elicere actum sibi proportionatum; atqui operari bonum moraliter seu conformiter ad rectam rationem, est actus proportionatus viribus naturæ humanæ; cum homo naturaliter intellectum habeat, quò possit practicè judicare: hoc est conforme rectæ rationi. Habet etiam voluntatem, quâ possit connaturaliter velle, quod voluntati ab intellectu proponitur amplectendum, nec est aliunde ullum impedimentum sive extrinsecum sive intrinsecum, quod semper & in quælibet occasione obsit, ne prædictæ potentiæ in suos actus exeant.

2da pars probatur: homo per peccatum magis vulneratus est in voluntate, etiam vehemens est appetitûs sensitivi in bonum sensibile sæpe rectæ rationi contrarium inclinatio; igitur quemadmodum in statu naturæ lapsæ non potest homo sine speciali Dei auxilio cognoscere omne verum morale, ita nec operari omne bonum morale, sed sunt plura opera moralia, quæ ob suam excellentiam sive difficultatem absque speciali Dei auxilio viribus purè naturalibus fieri nequeunt, imò hæc est humanæ voluntatis per peccatum vitiatæ imbecillitas, ut nequeat sine peculiari Dei auxilio in bono morali persistere.

Obj. I. juxta dictum Christi Joannis 15. *sine me nihil potestis facere*, ergo non potest homo propriis viribus absque gratiâ Christi quidpiam aut quodlibet bonum opus perficere.

R. Christus loquitur de operibus meritoriis, quæ sunt ab homine justo unito suo capiti per fidem & cha-



charitatem, ut constat ex verbis antecedentibus: *qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.*

*Obj. 2.* In Con. Arausic. 2do à sede Apostolicâ approbato cap. 20. definitum est: quod nulla facit homo bona quæ non Deus præstat, ut faciat.

*R.* Concilium damnat Pelagianos, qui dicebant nos posse omnia ea bona opera propriis viribus absque gratia exequi, quæ necessaria sunt ad salutem consequendam.

*Obj. 3.* S. Aug. in ps. 142. affirmat neminem habere de suo nisi mendacium & peccatum, quod idem cit. Con. Arausican. Can. 22. definivit; ergo nullus habet vires proprias ex quibus faciat aliquod opus moraliter bonum.

*R.* Negando consequentiam: eo quod aliud sit in se habere vires naturales ad perficiendum opus moraliter bonum, aliud sit illud habere de suo; homo quidem potest per facultatem liberi arbitrii aliquod bonum opus perficere, attamen illud non habet de suo, sed ab illo, qui tanquam Author naturæ dedit liberum arbitrium & vires agendi: peccatum autem dicitur homo habere de suo: quia peccatum non est à Deo velut à causa prima, sed à voluntate hominis deficiente, quæ ex hoc, quod sit producta ex nihilo deficere & peccare potest.

*Obj. 4.* Homo per orationem quotidie implorat auxilium divinum, ut in suis quotidianis operibus bene agat; ergo requiritur auxilium ad bene agendum.

*R.* Distinguendo ant. implorat auxilium divinum ut in suis quotidianis operibus constanter & sine defectu bene agat Con. unum vel aliud particulare opus bene agat N. justissime homo implorat auxilium divinum, ut omnia opera sua fiant salutari-

riter

Dr Ne  
riter ad impeta  
operatio à suo  
quommodum  
abque alterius  
in unquoque g  
legals passus a  
nos u lapsam i  
ne remissione  
gram, ne nos l  
cena rationem  
W. 5. Si al  
concurſu De  
concurrere ac  
tum; cum ad  
rili.  
Negando c  
occurrit Deus ta  
bonitatem ad  
concurrat; ad  
idem intendat  
tum solum perm  
estam bonum  
tum autem ma  
negat concu  
litor operis be  
libet.

QU  
An sine gratiâ  
bona &

DICO 1. Inſ  
que sunt e  
ben bona opera  
Sunt S. Th.  
ama Pars alib



riter ad impetrandam æternam salutem, & ne in operando à suo fine mortaliter peccando deficiat; quemadmodum infirmus, qui aliquod parvum iter absque alterius ope perficere potest, attamen, quia in unoquoque gradu cadere posset, ad omnes & singulos passus auxilium alienum poscit, ità etiam nos per lapsum in peccatum infirmi & vulnerati sine intermissione oramus & imploramus divinam gratiam, ne nos Deus permittat in peccatum aliquod contrà rationem naturalem impingere.

*Obj. 5.* Si aliquis actus bonus fieri posset cum solo concursu Dei generali, sequitur Deum non magis concurrere ad actum bonum, quam ad actum malum; cum ad utrumque concurrat concursu generali.

*R.* Negando conseq. disparitas est: in actu bono concurrat Deus tam ad materiale, quam ad formale sive bonitatem actus, in peccato solum ad materiale concurrat; actum bonum ità Deus efficit, ut eundem intendat, ad malum verò ità concurrat, ut illum solum permittat & non intendat, demum Deus actum bonum consulit, præcipit, remunerat, actum autem malum prohibet & punit, ac solum non negat concursum generalem, ideoque meritò Author operis boni & non Author operis mali dici debet.

QUÆSTIO III.

*An sine gratiâ fidei possint fieri opera moraliter bona & mereri vitam æternam.*

**D**ICO 1. *Infideles non possunt operari opera bona, quæ sunt ex gratiâ scilicet opera meritoria: tamen bona opera, ad quæ sufficit bonum natura operari possunt S. Th. 2. 2. Q. 10. A. 4. O.*

*1ma Pars alibi latius ostendenda sufficienter constat*



stat tum ex Con. Trid. asserente quod fides sit humana salutis initium tum ex Apost: ad Heb. XI: *sine fide impossibile est placere Deo, credere enim oportet accedentem ad Deum.*

2da Pars constat tum ex propositione damnatâ Bay. 25. *Omnia infidelium opera sunt peccata & Philosophorum virtutes sunt vitia* tum ex S. Script. Dan. 4. ubi Daniel suadet Regi Nabuchodonosor infideli, ut redimat peccata sua Eleemosynis: si autem Eleemosyna absque fide ab infideli data non esset opus moraliter bonum, sed peccatum, suaderi non debuisset. Exod. 1. Deus remuneravit obstetrices ægyptiorum, quod contrâ mandatum Regis conservaverint proles masculinas Judæorum: *quia timuerunt Deum obstrices, edificavit illis domos*, non potest autem Deus remunerare peccatum, quod non præmio sed pœnâ est dignum. Demum Rom. 1. dicit Apost. fuisse gentiles inexcusabiles, quod Deum non coluerint; ergo poterant Deo cultum exhibere absque peccato, quamvis nondum adepti veram fidem. Hinc à potiori potest non infidelis sed fidelis peccator in statu naturæ lapsæ aliquod opus bonum facere sine gratiâ sanctificante vel charitate: ut constat ex Trid. Sess. 6. de justif. Can. 7. ubi damnantur illi, qui dicunt omnia opera, quæ ante justificationem fiunt, esse peccata; atqui opera ante justificationem facta sunt sine gratiâ habituali & charitate; ergo.

Quoad alteram Quæstionis partem suppono: ut homo adipiscatur vitam æternam debet gratiam habere, quam si perdiderit, debet eam resurgendo recuperare iterum, acquisitâ & recuperatâ gratiâ debet in illa usque ad finem vitæ perseverare. Ut declaretur sine gratiâ speciali fidei ab homine haberi non posse, hæc tria.

De N  
DICO 2. H  
re quæ merito  
exim altior  
gratiam potest  
109. a. in O. S  
mura d homini  
Ponitur Con  
ne mali auxili  
vino gratiam S  
remotales mer  
quod sint su  
hominis tam l  
Deinde partic  
remotè nec e  
Dei auxilio l  
gratiam sanctifica  
quia disposit  
quis quamvis im  
tamen hi ad gra  
fidei, spei,  
speciali gratiâ eli  
de justif. c.  
Sancti g  
hominem cre  
sicut oportet  
auterna sit.  
Hujus fundam  
tali ter movere  
naturæ; atqui p  
homo ultra tern  
naturalem,  
Non potest  
gratiæ à peccato  
hominem à peccato  
sua & affectu ad



DICO 2. *Homoper sua naturalia non potest producere opera meritoria proportionata eterne vite, sed ad hæc exigitur altior virtus, quæ est virtus gratiæ, & ideo sine gratiâ non potest mereri vitam æternam.* S. Th. hic Q. 109. a. 5. in O. Sive supernaturale auxilium Dei necessarium est homini, ut obtineat vitam æternam.

*Probatur Conclusio:* Imprimis generaliter homo sine speciali auxilio supernaturali non potest ex propriis viribus gratiam Sanctificantem consequi, & actus supernaturales meritorios vitæ æternæ elicere: quia eo ipso, quod sint supernaturales, excedunt vires naturales hominis tam lapsi quam integri.

Deinde particulariter homo non potest nec proximè nec remotè nec de condigno nec de congruo sine speciali Dei auxilio sive propriis viribus se præparare ad gratiam sanctificantem consequendam ex S. Th. l. cit. a. 6. quia dispositiones remotæ ad gratiam sunt actus ad quos quamvis immediatè non sequatur infusio gratiæ, attamen hi ad gratiam consequendam conducunt: ut actus fidei, spei, timoris; atqui hos actus nullus sine speciali gratiâ elicere potest: ut definivit Con. Trid. sess. 6. de justif. can. 3. *Si quis dixerit: sine præveniente Spiritus Sancti gratiâ & inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; anathema sit.*

Hujus fundamentalis ratio est: quia nulla res se naturaliter movere potest ultrà limites & terminos suæ naturæ; atqui per dispositionem ad gratiam movetur homo ultrà terminos suæ naturæ nempe ad finem supernaturalem.

3. Non potest homo in peccatum lapsus sine auxilio gratiæ à peccato resurgere ex S. Th. l. cit. a. 7. quia hominem à peccato resurgere, non est solum cessare ab actu & affectu ad peccatum, sed etiam recuperare illa, quæ



quæ peccando amisit, quod absque speciali gratiâ facere non potest: quia homo per peccatum triplex malum incurrit: 1<sup>o</sup> privationem gratiæ habitualis, quæ dicitur macula peccati. 2<sup>o</sup> Corruptionem naturæ, dum voluntas hominis se voluntariè avertit à Deo & ad bona sensibilia se convertit. 3<sup>o</sup> Reatum pœnæ æternæ: quia peccando mortaliter se obnoxium reddit æternæ damnationi; atqui nullo modo sine speciali Dei auxilio homo in peccatum lapsus hæc recuperare potest: imprimis non potest propriis viribus se liberare à maculâ animæ, sive à privatione gratiæ sanctificantis, quæ tolli nequit, nisi per collationem gratiæ: deinde neque potest amovere corruptionem naturæ: voluntas quippe à Deo per peccatum averfa & ad finem prævum conversa non potest aliter ad debitum ordinem reduci, quam Deo movente & voluntatem hominis ad se trahente. Denique non potest peccator evadere propriis viribus reatum pœnæ æternæ, qui non tollitur, nisi ablatâ maculâ peccati.

4<sup>o</sup> Homo ex peccato resurgens vel alius justus ut perseveret in bono usque ad finem vitæ ultrâ gratiam habitualem, virtutes supernaturales, ordinaria auxilia gratiæ, indiget aliquo speciali Dei auxilio quod vocant donum perseverantiæ ex S. Th. l. cit. a. 10. de quo Con. Trid. sess. 6. de justif. cap. 13. docet: quod aliunde haberi non possit nisi ab eo qui potens est eum qui stat statuere, ut perseveranter stet, & eum qui cadit restituere, quod munus can. 16. eâdem sess. vocatur magnum donum perseverantiæ, & ratio est: effectus specialis habens infallibilem connexionem cum gloriâ & salute æternâ est donum speciale distinctum à reliquis donis & gratiis: cum effectus providentiæ Dei specialis, qui solum reperitur in prædestinatis, sit gratia distincta ab effectu providentiæ generalis, qui reperitur etiam non prædestinatis; atqui perseverantia usque ad finem

DE  
finem effect  
infallibilem co  
donantur effe  
reperantur in  
est donum speci  
pore ique ad t  
qui boni tempo  
tam perdant,  
quæ ut ulum r  
quæ ad ultus po  
erulus Baptiza  
scilicet gratia;  
quia Deus non  
peccati admitter  
onis moriatur  
factus mala  
quæ est ne mal  
Denique homo  
statum in statu  
Aug. l. cit. ad  
nam, per quoc  
ut perseverat  
ter auxilium e  
gratiam habitua  
debat insuper  
, & ratio est:  
malum non de  
in bono; atqui h  
est habitus in bon  
onis adhuc nec  
nalis.  
Obj. 1. Homo  
non auxilio facere  
faciunt quedam  
multa talia opera  
1. 2. Theol.



finem est effectus providentiæ specialissimæ D. i habens infallibilem connexionem cum gloriâ, reliqua verò dona sunt effectus providentiæ generalis, qui etiam reperiuntur in non prædestinatis; ergo perseverantia est donum speciale non tantum in illis, qui longo tempore usque ad finem vitæ perseverant, sed etiam in iis, qui brevi tempore in gratiâ constituti, antequam gratiam perdant, moriuntur; imò etiam in parvulis, qui ante usum rationis moriuntur: hoc ipsum enim, quod adultus post adeptam gratiam citò moriatur, vel parvulus Baptizatus ante usum rationis decedat, est specialis gratia; cum ex dispositione & providentiâ divinâ Deus non permittat adultum justificatum nova peccata admittere, & velit, quod parvulus ante usum rationis moriatur suscepto Baptismo, qui forsitan adultior factus malam vitam duxisset juxtâ illud Sap. 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus.*

Demum homo indiguit speciali auxilio ad perseverandum in statu innocentie ut probat S. D. noster ex S. Aug. l. cit. ad 3. *Homo in primo statu accepit donum, per quod perseverare posset, non autem accepit, ut perseveraret;* ergo homo in statu innocentie præter auxilium debitum integritati naturæ & præter gratiam habitualementem illi posse perseverare, indigebat insuper aliquo speciali auxilio, ut perseveraret, & ratio est: principio de se variabili & mutabili in malum non debetur de se immutabilitas aut stabilitas in bono; atqui homo habens justitiam originalem non erat stabilis in bono; ergo in hoc statu unâ cum reliquis donis adhuc necessaria erat perseverantia vel gratia finalis.

*Obj. 1.* Homo potest propriis viribus & sinè speciali auxilio facere quædam opera moraliter bona, sed hæc sunt quædam præparatio ad gratiam: nam is qui multa talia opera exercet, est magis dignus accipere



gratiam, quam alius, qui nulla opera facit: ille quippe facit Deo gratum opus.

R. Quod nulla opera moraliter tantum bona sint preparatio ac dispositio ad gratiam nec proxima nec remota; preparatio siquidem ad formam, ad quam disponit, debet esse proportionata, & ejusdem ordinis cum illâ: qui autem plura bona opera facit, magis est dignus gratiâ negativè; quam qui opera mala facit; quatenus scilicet. minora habet impedimenta consequendi gratiam, non tamen est magis dignus positivè: cum nullum actum habeat disponentem ad gratiam.

Obi. 2. Qui est causa totalis alicujus rei potest totaliter illam destruere; sed homo est causa totalis peccati; ergo potest illud totaliter destruere, & per consequens à peccato per seipsum resurgere.

R. Qui est causa totalis tam in fieri quam in conservari rei potest totaliter illam destruere. Con. tantum in fieri N. homo est causa totalis peccati, quantum ad fieri, non autem est causa permanentiæ eorum, quæ ex peccato relinquuntur, sed horum causa est partim justitia divina per quam justè ordinatum est, ut peccator ad pœnam maneat obligatus, & is qui noluit stare in gratiâ, dum posset, non possit, etiam si libenter vellet, ad statum gratiæ redire, relinquendo peccatum, & hæc est natura peccati, quod hominem ita inficit & corrumpit, ut is per se non sufficiat ab eo exire; & sicut qui occidit hominem, illi vitam aufert, & ablatam vitam restituere non potest; ita qui peccat mortaliter, vitam animæ destruit quam non potest recuperare sine speciali gratiâ.

Obi. 3. Ex dictis sequitur: non omnes justos posse perseverare: cum non omnes justii habeant donum perseverantiæ, sine quo perseverare non possunt.

R. Negando sequel. ad cujus probationem dicendum: ad hoc ut homo justus possit perseverare in bo-

DE  
no, non requ  
man persevera  
quod divi no  
rare possit; ide  
collocare debet  
gratiâ ipsius sicut  
in nos, ita p  
Q. 4. Deu  
riti prius ab  
t. ego in pote  
nificatione ac  
ante Dei aliqu  
hoc auxi  
deret.  
Negando  
det omnibus  
erent, non ta  
tus deserere,  
tam sanctific  
abit, nisi ipse  
ita simul se inc  
consequenter pro  
beat auxilium t  
Obi. 5. Justu  
tempus in grat  
re si moriatur  
speciali auxili  
Negando  
tam statim mori  
perverandum d  
suppe singulare  
e diviâ provide  
strahatur per m  
to est in statu gr  
Obi. ult. Grat



no, non requiritur donum gratiæ, quod vocatur donum perseverantiæ, sed satis est, quod sit in gratiâ & quod divino munere adjutus in acceptâ gratiâ perseverare possit; ideoque in auxilio divino firmissimam spem collocare debemus, cum certum sit, quod Deus, nisi gratiæ ipsius simus defuturi, sicut cœpit opus bonum in nobis, ita perficiet operans velle & perficere.

*Obj. 4.* Deus suâ gratiâ justificatum nunquam deserit nisi prius ab eo deseratur Trid. sess. 6. de justif. cap. 11. ergo in potestate hominis justus est, per gratiam in justificatione acceptam perseverare absque eo, quod ex parte Dei aliquod speciale auxilium requiratur; aliàs enim hoc auxilio denegato Deus hominem prius desereret.

*R.* Negando probat sequelæ: quia quamvis Deus non det omnibus justis auxilium gratiæ, quo actu perseverent, non tamen ideò dicendus est Deus hominem prius deserere, priusquam deseratur ab homine, quia gratiam sanctificantem, quam homini dedit, nunquam retrahit, nisi ipse se retrahendo à Deo mortaliter peccet & ita simul se indignum reddat dono perseverantiæ, & consequenter provenit ex culpâ hominis, quod non habeat auxilium faciens eum actualiter perseverare.

*Obj. 5.* Justus absque speciali auxilio potest ad breve tempus in gratiâ perseverare; atqui illo brevi tempore si moriatur, non habet speciale auxilium; ergo sine speciali auxilio perseverabit.

*R.* Negando mi. quia justus qui post adeptam justitiam statim moritur, habet aliquod auxilium gratiæ ad perseverandum distinctum à gratiâ sanctificante: est quippe singulare beneficium divinæ bonitatis & speciale divinæ providentiæ donum, quod homo ex hâc vitâ abstrahatur per mortem temporalem eo tempore, quando est in statu gratiæ.

*Obj. ult.* Gratia habitualis in homine integro est



forma ex naturâ suâ exigens perseverantiam & firmitatem: in hoc enim distinguitur à statu hominis lapsi, in quo est rebellio concupiscentiæ; ergo in statu Innocentiæ auxilium divinum ad actum perseverandum fuit homini connaturaliter debitum.

R. Negando ant. ad probat. dicendum ex S. Th. hic 2. 10. ad 3. *Facilius homo per gratiæ donum perseverare poterat in statu Innocentiæ, in quo nulla erat rebellio carnis ad Spiritum, quam nunc possimus.* Attamen ad actum perseverandum erat necessaria specialis gratia. Differentia ergò status Innocentiæ à statu naturæ lapsæ in hoc consistit: quod gratia in statu Innocentiæ in homine integro non habuit domesticum inimicum sicut in homine lapsò; fuit tamen ille status obnoxius mutabilitati & defectibilitati liberi arbitrii; unde indigebat speciali divino auxilio ut non mutaretur & deficeret.

Q. In quonam consistat donum perseverantiæ?

R. Donum perseverantiæ varias habet acceptiones nam 1. Sumitur pro habitu virtutis, per quam homo firmiter stat nec removeri facillè potest ab eo, quod est secundum virtutem. 2. Sumitur per habitu quodam secundum quem homo habet propositum perseverandi in bono usque in finem, utroque modo perseverantia simul cum gratiâ infunditur. 3. Sumitur perseverantia pro continuatione boni usque ad finem vitæ & vocatur donum perseverantiæ proprium prædestinatorum & electorum; hæc non consistit in quocunque auxilio gratiæ, sed in divino solum auxilio, quod justum in fine vitæ in gratiâ conservat & protegit, ne tentationibus succumbat, & à bono deviet, ideoque ad donum perseverantiæ pertinent non tantum auxilia interna, sed etiam externa divinæ protectionis & custodiæ, quibus removentur occasiones peccandi & dæmonis alligatur potestas, imò ad donum perse-

De  
perseverantiæ  
providentiâ it  
illo tempore n  
num perseveran  
hoc, quod don  
rebus donum  
niti I Virgini  
donum perseve  
lectum impe  
ctum, sed in  
chiliter peccat  
ur homo  
venialiter  
ita confirm  
ualiter pecca  
venialiter  
sunt.

Q

an possint pr  
Recepta ali  
præcepta t  
constat ex  
naturalia sunt de  
auxilio exer  
entes omnes  
magis na  
quodam sunt dif  
implesion  
sublimitatem re  
lithore naturali  
DICO. In st.  
vere omnia man  
Q. 109. 2. 4



perseverantiæ pertinent causæ naturales, quæ à divinâ providentiâ ita coaptantur & coordinantur, ut homo illo tempore moriatur, quo est in gratiâ; differt donum perseverantiæ à dono confirmationis in bono per hoc, quod donum perseverantiæ sit commune omnibus electis, donum confirmationis est specialissimum non nisi D. Virgini, Apostolis & aliis paucis concessum. donum perseverantiæ non ligat potentiam peccandi, sed solum impedit, ne homo peccet mortaliter usque ad finem, sed infallibiliter maneat in gratiâ, quamvis absolutè peccare possit, donum confirmationis hoc facit, ut homo peccare non possit neque mortaliter neque venialiter juxtâ modum quo datur, quidam enim ita confirmantur in gratiâ ut nec mortaliter nec venialiter peccare possint, alii verò licet possint peccare venialiter, non tamen mortaliter peccare possunt.

#### QUÆSTIO IV.

*An possint præcepta impleri, an tentationes vinci sine auxilio speciali?*

**P**Ræcepta alia sunt naturalia, alia supernaturalia, præcepta supernaturalia sine gratiâ impleri non posse constat ex antecedentibus: quia præcepta supernaturalia sunt de actibus supernaturalibus, qui sine speciali auxilio exerceri non possunt: siquidem sunt excedentes omnes vires naturales etiam naturæ integræ, multò magis naturæ lapsæ; inter præcepta naturalia quædam sunt difficiliora tum propter tentationes graviores impletioni præcepti oppositas, tum propter sublimitatem rei præceptæ ut præceptum de Deo ut Authore naturali super omnia diligendo.

**DICO.** *In statu naturæ corruptæ non potest homo implere omnia mandata divina sine gratiâ sanante, S. Th. hic Q. 109. a. 4. O.*



Explicatur Conclusio : homo in statu naturæ lapsæ potest quidem viribus naturæ unum alterumve præceptum facilius implere, non tamen potest sine speciali Dei auxilio difficiliora; ut de Deo amando super omnia, nec facilia urgente gravi tentatione observare, & quamvis brevi aliquo tempore possit sine speciali Dei auxilio omnia legis naturalis præcepta de facto occurrentia observare, attamen non valet longo tempore omnia implere sine speciali Dei auxilio.

Probatur Conclusio sic explicata: per partes imprimis ad vincendam quamcunque tentationem gravem homini in statu naturæ lapsæ est necessarium adiutorium gratiæ: quia quamvis natura humana per peccatum non sit totaliter destructa, nec quoad omnia sibi proportionata impotens, attamen est valde per peccatum debilitata & infirmata, ut liberum arbitrium non sit sufficiens ad superandam quamcunque gravem tentationem, nec idè tollitur libertas arbitrii: cum certum sit liberum arbitrium nec à concupiscentiâ nec ab ullâ re creatâ posse necessitari, sed propter ejus instabilitatem, imbecillitatem & rerum difficultatem additâ verfutâ & potentiâ dæmonis nos tentantis oritur, quod, sicut absque speciali Dei auxilio non potest homo omnia opera moraliter bona peragere, ità non valeat sine speciali Dei auxilio omnes tentationes quantumvis leves superare, quamvis quamlibet tentationem levem propriis viribus possit superare ut constat ex prop. 30. in Bajo damnatâ: *Fures sunt . . . qui docent tentationi nulli sine gratiâ ipsius (Christi) adiutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur, aut ab eâ non superetur.*

2dò Non potest homo in statu naturæ lapsæ propriis viribus diligere Deum ut Authorem naturalem amore perfecto, quod est præceptum aliquod Juris naturalis: quia dilectio Dei perfecta involvit virtualiter ob-

servan-

De  
servatum om  
etiam om  
cedit huc  
fractu inter  
ritus hinc & in  
rei al homine  
Dei alio; qu  
quantationem  
Demare an  
dites naturale  
er propter bor  
mimus, ob bi  
modo magis v  
tum prop  
lo lumine na  
beneficia m  
cum unusqu  
fectorem e  
perfecti elicit  
nilominus  
hos ex aliquo  
que perfectus,  
peccandi r  
aliis omnibi  
biles,  
Obi. 1. Illud  
repro hodie, no  
us verbis videt  
ejus possibil  
vat in statu natu  
possibile.  
Distingue  
ex viribus solis  
oblati Con, qu  
oblati, cetera



servantiam omnium præceptorum obedientiam & victoriam in omnibus difficultatibus contrariis; sed hoc excedit vires humanas hominis lapsi: cum talis amor Dei sit actus inter morales præstantissimus ac inter actus hominis sani & integri supremus; ergo non potest exerceri ab homine in statu naturæ lapsæ absque speciali Dei auxilio; quamvis enim homo infirmus possit aliquam actionem exercere hominis sani & integri: ut Deum amare amore aliquo imperfecto, qui non excedit vires naturales; diligimus enim homines naturaliter propter bonitatem & perfectionem, quam in illis cernimus, ob beneficia quæ nobis gratis præstiterunt; quanto magis viribus naturalibus possumus diligere Deum tum propter bonitatem & perfectiones, quas in ipso lumine naturali cognoscimus, tum propter innumera beneficia nobis singulis momentis collata, præsertim cum unusquisque impellatur ad diligendum suum benefactorem ex propriâ naturâ; tales actus amoris imperfecti eliciant peccatores, dum licet vitiis implicati nihilominus ægrè ferunt blasphemias in Deum & sanctos ex aliquo amore Dei imperfecto, non enim est amor perfectus, aliàs excluderet voluntatem imposteriorum peccandi mortaliter, & præponeret amicitiam Dei aliis omnibus rebus, quæ possunt occurrere velut amabiles.

*Obj. I.* Illud Deut. 2. *Mandatum, quod ego tibi præcipio hodie, non est supra te nec procul positum;* quibus verbis videtur Deus inculcare præceptum amoris ob ejus possibilitatem populo Israelitico qui utique erat in statu naturæ lapsæ, ergo illud est homini lapsi possibile.

*R.* Distinguendo conseq. est homini lapsi possibile ex viribus solis naturæ N. ex viribus gratiæ datis vel oblatis Con. quidquid homo potest facere ex viribus oblatis, censetur posse facere, verbis igitur allatis in-



dicat Deus, quod populus habeat facultatem implendi omnia præcepta mediantibus auxiliis gratiæ oblati, de quibus disertè Irid. less. 6. de justif. cap. 11. *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere, quod non possis; & adjuvat, ut possis.* Ex quo sequitur: quidquid cum auxilio Dei possumus, est in nostrâ potestate & est nobis possibile.

*Obj. 2.* Homo in statu naturæ lapsæ potest diligere aliquam Creaturam super omnia; ergo multò magis poterit ità amare Deum; cum Deus sit longè amabilior, quam quælibet Creatura.

*R.* N. conseq. Disparitas est; quamvis enim Deus sit longe amabilior quælibet Creaturâ, imo omnes Creaturæ præteritæ, præsentis & futuræ cum possibilibus simul sumptæ & conglobatæ nihil habeant amabilitatis comparatæ ad Deum fontem omnis boni tam naturalis quam supernaturalis; quia tamen per peccatum natura est corrupta, semper indiget speciali auxilio gratiæ divinæ ad Deum super omnia diligendum: partim quia bona sensibilia utpote præsentia efficacius & vehementius movent hominem animale, qui non percipit illa, quæ sunt Spiritûs, nisi valde imperfectè etiam in illis, quæ Deo conveniunt velut Authori totius naturæ; tum quia amor Dei super omnia multò plura includit, quam amor Creaturæ super omnia: videl. observantiam mandatorum Dei, è quibus aliqua observatu difficilia, repugnantia appetitui sensitivo, cujus bono homo sibi relictus magis afficitur, quam bono rationis.

*Obj. 2.* In statu naturæ integræ potuit homo cum solo auxilio generali Deum diligere super omnia; ergo etiam in statu naturæ lapsæ. Conseq. probatur: quia homo per peccatum nullam amisit perfectionem aut facultatem naturalem; si ergo ante peccatum hoc potuit facere, potest etiam facere post peccatum.



**R.** N. conseq. quam non probat subjuncta ratio, quamvis enim homo per peccatum non amiserit suas perfectiones naturales, attamen illæ per peccatum sunt valde debilitatæ & fauciatæ; unde juxtâ exemplum Doctoris nostri hic Q. 109. a. 2. O. Sicut homo infirmus potest per seipsum aliquem motum habere, non tamen perfectè potest moveri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicinæ; ità etiam liberum arbitrium hominis, cum per peccatum originale sit infirmatum & debilitatum, quamvis possit ad aliquem motum, etiam in bonum honestum sibi connaturale se extendere, non tamen ad omnem etiam difficiliorem, & per consequens nec Deum diligere super omnia, nisi sanetur gratiâ medicinali Christi.

**Q. 1.** An homo absque gratiâ sanctificante diu possit abstinere in hoc statu naturæ lapsæ à peccato?

**R.** Homo peccator quamvis possit ad breve tempus cavere singula peccata mortalia, non tamen diu persistere, quin incidat in aliquod peccatum. Ratio fundamentalis est: quia homo, cujus ratio non est totaliter & perfectè subjecta Deo, non potest diu manere absque peccato mortali: sicut enim appetitus inferior se habet ad rationem, sic se habet ratio ad Deum, & sicut inferior appetitus debet subdi rationi, ità ratio debet subdi Deo: dum autem appetitus inferior non est subjectus rationi, non potest fieri, quod in inferiori appetitu non sint motus inordinati contrà rationem, & si ratio non sit subjecta Deo, multæ inordinationes erunt in actibus rationis; adde: quod homo, qui non habet cor suum firmatum in Deo; ità ut pro nullo bono consequendo vel malo fugiendo vellet ab eo separari, nequeat diu abstinere à peccato mortali: quia multa occurrunt propter quæ vel consequenda vel fugienda non curat præceptum divinum & ità peccat mortaliter ex S. Th. hic Q. 109. a. 8. O. Atqui homo



existens in statu peccati mortalis non habet cor suum in Deo velut ultimo fine firmatum, cum id solum fiat per gratiam & charitatem.

*Dices.* Gratia habitualis non sanat infirmitatem naturæ sed gratia actualis: quia gratia habitualis non est operativa, infirmitas autem naturæ per peccatum corruptæ est in ordine ad operandum; ergo si ex naturæ infirmitate proveniat, quod homo occurrentibus tentationibus facile succumbat, non requiritur gratia habitualis sed actualis: quia ad resistendum sufficit illa gratia, quæ sanat naturæ infirmitatem, hæc autem est gratia actualis operans.

*R.* Distinguendo ass. Gratia habitualis non sanat naturæ infirmitatem in ordine ad operandum formaliter. Con. radicaliter N. cum enim gratia habitualis sit forma constituens subjectum amicum & filium Dei adoptivum, secum adfert plura auxilia actualia, quæ conceduntur justis & denegantur peccatoribus, quibus denegatis redditur peccator moraliter impotens ad abstinendum longo tempore à peccato mortali.

*Q. 2.* An homo justus possit diu vitare omnia peccata venialia cum ordinariis auxiliis gratiæ?

*R.* Negative: quia in homine in statu naturæ lapsæ etiam per gratiam reparatæ est fomes peccati, concupiscentia rebellans contrà rationem; si hæc non ligetur per specialem gratiam, insurgunt plures motus inordinati circa objecta sensibilia & delectabilia, quos motus omnes ratio reprimere nequit; tum quia pro hoc statu non solet nec potest esse in continuâ vigiliâ, & ita facile ob negligentiam in reprimendo obrepunt peccata venialia; tum quod, dum uni attendit ratio, insurgit alius motus. Credit autem S. Mater Ecclesia: quod B. V. ex speciali privilegio fuerit libera & immunis ab omni peccato veniali.